Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-1884071953-13/fragment/page=0001

Hochzeit- und andere Carmina Vol. II.

A. W. 75. Quart.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-1884071953-13/fragment/page=0002

44c
78

TEDIS
SCHRöDERO-SCHENINGIIS,

FAUTORES ET AMICI STETINENSES
GRATULANTUR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-1884071953-13/fragment/page=0003

ANna Benigna ſuo Chriſtiano moribus apta,
Connubii ſacrum fœdus inire parat.
Ad tædas Sponſæ genitor venerandus amicum
Me vocat: en ſiſto me prece, mente, fide.
Mente fideq́; precor Neonymphis cuncta Jehova
Munera, quæ thalamum condecorare queunt.

Jacobus Fabricius D.
Superindendens Stetinenſis.

AD ADMODUM REVERENDUM
DN. M. FRIDERICUM SCHENINGIUM
THEOLOGUM DANTISCANUM,
ET AD VIRUM SPECTATISSIMUM
DN. CHRISTIANUM SCHRÖDERUM
J. C. DANTISCANUM:
ILLUM SOCERUM;
HUNC GENERUM.

HOc ſocero dignus gener es, SCHRöDERE: ſed & tu,
SCHENINGI, genero dignus es hocce ſocer.
Bis SCHRöDERE, tuam licuit dignoſcere linguam
Melle redundantem & pectora plena ſalis.
SCHENINGI, à teneris mihi amice probate, ſubinde
Cœleſti plenus lumine res peragis.
Plaudo tibi, SOCER, & jubeo expectare nepotes.
Plaudo tibi GENER, ut prole beatus agas.

Tu

Tu, quæ Scheningi es gnata & Schröderia Conjux,
Gaude, dum vivis, Conjuge, prole, patre.

Joh. Micrælius, SS. Th. D.
& Prof. Stetin.

ANNA BENIGNA datur CHRISTIANO, Sponſa, SCHRöDERO,
Amborum nomen fauſta ſubeſſe docet.
Illa Benigna cluit, quam gratia multa ſubinde
Condecorat, cum ſit pulchra, pudica, pia.
Vtilis eſt pietas vel ad omnia, commoda plura
Confert, cultorem deſtituiſſe nequit.
Huic cum CHRISTIANVS Sponſus deditus usq;
A teneris fuerit, nonne beatus erit?
Quam ſortem jubeat vobis florere benignam
In ſocio thalamo pro bonitate Deus.
Gratia dia diu ſervet pietatis amorem,
Sic ſemper bonitas vos reget atq; reget.

Quod ὁλοψύχως Neonymphis
apprecatur
D. Joachimus Fabritius, SS. Th.
& Ebr. Ling. apud Stetin. Profeſ.
Conſiſtorialis & Concionator.

Ad Ampliſſimum Dominum Sponſum.
CHRISTIANUM SCHRÖDERUM, J. CAN.

En: SCHRöDERE Themis Juris TIBI ſancta rigorem
Commendat, ſed eum temperat Alma Venus.
Felici auſpicio TIBI jungitur ANNA BENIGNA,
His nominibus Omen ineſſe puta.
Juſtitiæ rigidum *jus* Gratia juſta Benigna
Leniat, hæc SPONSO nomine SPONSA docet.
Utatur SPONSUS rigido *ne* jure *Mariti;*
En SPONSO facilis SPONSA Benigna *cavet.*
Gratus *ſit cunctis, SPONSÆq;* Benignus *Amator*
SPONSUS, ſit, voveo, SPONSA, Benigna, *Viro.*
Nupta VIROq; PATRIq; ferat nova nomina grata,
Fiat ut ille Parens, fiat ut alter Avus.

Hæc pium affectum mentemq; votivam
declaraturus apponere volebat

M. Heinricus Schultetus
SS. Theol. Cand.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-1884071953-13/fragment/page=0007

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-1884071953-13/fragment/page=0008

44 c.
78

TEDIS
SCHRöDERO-SCHENINGIIS,

FAUTORES ET AMICI STETINENSES GRATULANTUR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-1884071953-13/fragment/page=0009